

MISCELLANEA

EX EPISTOLIS RMI DNI L'ECUY.

Duae Litterae Reverendissimi *D.D. Joannis Baptistae l'Ecuy*, ultimi Abbatis Generalis Praemonstrati († 1834) missae ad *Aloysium Roeggl*, Abbatem Wiltinensem et *Benedictum Pfeiffer*, Abbatem Strahoviensem.

1. Abbati Wiltinensi dedicat librum, cui titulus « de capta a Mahemete Constantinopoli » ¹⁾.

Paris 9 juin 1823.

Monsieur et Reverendissime Abbé

Vous recevez avec cette lettre un ouvrage que S. Ex. M. L. Baron de Vincent ambassadeur de S. M. Impériale me charge de Vous offrir pour la bibliothèque de votre Communauté. Lui et S. Ex. Sir Stuart ambassadeur d'Angleterre l'ont fait imprimer à leur frais a soixante exemplaires seulement qu'ils ont partagés. La préface, si Vous prenez la peine de la lire, Vous fera connaître ce qui a donné lieu à ce travail entrepris à propos d'un manuscrit que Sir Charles Stuart, grand amateur de livres, avait acheté à Ratisbonne. M. l'ambassadeur d'Autriche, qui en destine un exemplaire à S. M. l'empereur et un autre à la bibliothèque de Vienne, a sur les trente qu'il a, eu la bonte d'en destiner trois aux maisons de notre ordre, et il a choisi pour faire son présent Strahov en Bohême, Wilten dans le Tyrol et Jassow en Hongrie. Je souhaite, monsieur et cher abbé, que ce présent Vous soit agréable et Vous paraisse de quelque

1) Tit. completus : *De capta a Mahemete Constantinopoli Leonardi Chiensis et Godefridi Langi narrationes sibi invicem collectae*. Paris, Didot junior, 1823, in-fol., 131 p. (cfr. L. Govaerts, *Ecrivains, artistes et savants de l'ordre de Prémontré*, t. I, p. 231, et E. Valvekens, *J.-B. L'Ecuy vitae Series, Anaecta Praemonstratensia*, t. X, 1934, p. 184).

valeur, quoiqu'il en soit du mérite du fond, le petit nombre d'exemplaires tirés, la moitié passant en Angleterre, la belle exécution typographique, les spécimens des manuscrits, la carte de Constantinople dressée avec un soin et une exactitude extrême et à mon sens, le portrait de votre ambassadeur, homme du mérite le plus distingué, suffisent pour en faire un objet de curiosité et un ornement assez remarquable de votre bibliothèque.

Un de nos confrères, allemand de nation, est venu me parler d'après les gazettes d'une grande et pompeuse cérémonie, qui avait eu lieu à Inspruck à raison de la translation des restes d'un chef des Tyroliens, dans la relation de laquelle il était parlé de Wilten ²⁾).

Recevez pour vous et tous confrères, aux prières desquels je me souhaite que vous me recommandiez, l'assurance des sentiments affectueux avec lequel je suis

Monsieur et Reverendissime abbé

Votre très humble serviteur et dévoué confrère
l'Ecuy abbé de Prémontré.

Si me répondant vous vouliez me donner quelques détails sur la cérémonie d'Inspruck et la part que vous pouvez y avoir eu, cela me ferait plaisir et ce récit pourrait intéresser M. L'ambassadeur qui n'en avait connaissance.

2. 15 Febr. 1832 ad *Philippum Pfeiffer*, abbatem Strahoviensem, scribit de opere theologico-historico ab ipso nonagenario edito, de condenda particula suorum cinerum in abbazia Strahoviensi una cum exuviis Abbatis Bordier Vadegotiensis, de existentia decem Canoniarum in ditione imperii Austro-Hungarici, de eligendo vicario Generalis pro his Canonis.

Lutetiis Parisiorum 15 Februarii 1832.

Reverendissime Domine Abbas, Confrater venerande !

Excellentissimus Dominus S. Caesareae Majestatis austriacae legatus missis ad me litteris Vestris quas inexpectatas ingenti gaudio accepi, idipsum gaudium adauxit per subitam et insperatam missionem, jam credo per aliquot annos interruptam, dum interea, his

2) Agitur de solempni translatione ossium Andreae Höfer, ducis insurrectionis Tyrolensium ex Mantua, ubi a regimine Francobavarico 1810 occisus fuit, in ecclesiam aulicam Oeniponte ab abbate Wiltinensi anno 1823 celebrata).

procellosis temporibus et nobis et vobis adeo ab invicem dissitis, plurima humanis consiliis impervia accidere potuerint. Potuisset quoque verum fuisse quod Canonicus ille Turonensis de me nuntiavit, mortuum me reputans, quod licet erronee dixerit, tamen ob meam aetatem propectam sicuti sat vicinum, tanquam probabile id, pro vero reputans, facile inter nova galliarum nuntia composuit. Verum ecce adhuc in vivis ago, corrente ac mediante monagesimo secundo aetatis anno, non quidem sine doloribus et infirmitatibus senectuti inhaerentibus, potissimum ex quo tam misere vixi, ut a quatuor fere jam annis nec domo egredi quiverim nec vix incedere, mente tamen omnino sanus, facultatibus (Deo gratias) ita adhuc polleo, ut praesenti etiam anno opus quoddam theologico-historicum ³⁾ quod inter tubulenta haec tempora ad taedium vitae depellendum et ad dolorum meorum quasi medicamen lenitivum digesseram, quodque nunc sub prelo est, absolvere potuerim.

Quantum ad dicta Canonici Turonensis, si, ut ajebat, mortuus fuisset, utique obitus mei vos omnes incunctanter certiores facti fuissetis; etenim desiderium meum, quod jam dudum corde gero, ne minuerit, e contra crescit in dies obtinendi scilicet apud vos humilem angulum, quo pars corporis mei potior deposita requiescat in pace. Jam enim coemeteria gallicana nihil exhibent, quod sepulturam subjudicet ecclesiasticam, illam nempe, qua privari, tam rigida alias poena censebatur; omnia enim ibi confusa et sacra mixta profanis. Haec igitur salutaris cogitatio me quotidie solatur ac reficit, quod saltem particula meorum cinerum penes tot illustrium Praelatorum ac piorum religiosorum exuvias deponetur una cum nob. Bordier mihi devinctissimo et peculiari amico, qui apud vos adhuc Abbas Vadegassensis nuperrimus, cuius electioni praefui cuique benedictionem abbatialem impertivi. Haec mea spes, dulce mihi praesidium, haec mea recreatio suavissima.

Quin et hoc insigne solatium fuit, quod legens in Catalogo ad me misso membra vestri capituli usque ad 78 repererim (quae religiosae divitiae; dixi intra me ipsum) omnes hi vel sacra ministeria vel juventuti instruendae vel aliis religiosis muniis intenti (Tibi gratulor) id, quod de Norberti generatione superest praeclare honorificent. Utinam de hac stipe semiavulsa pullulent nova germina, quae utili modo optasse reor, cultum memoriamque Sancti fundatoris,

3) *Essai sur la vie, la doctrine et les écrits de Jean Gerson*, Chancelier de l'Université de Paris, Tomus Imus. MS. in-4° sur papier, nunc in bibliothèque municipale de Laon, n° 405 bis. (Cfr. L. Govaerts, *Ecrivains, artistes et savants de l'ordre de Prémontré*, t. I, p. 231).

quarum reliquias vestrae custodiae commissas possidetis, refluere faciunt. Totum, quamvis exiguum, quod de candido ordine adhuc superstat, pii imperatoris vestri, immo ipsius solius benevolentiae debetur. Faxit Deus, ut coelestibus desuper benedictionibus remuneretur gentesque, quibus tam sapienter imperat sint procul a torrente malorum, qui alias nationes inundat et subvertit, in perpetuum praeservatae.

Idem, quod vos censeo, utile fore ut vestrae decem, quae adhuc exstant Canoniae, stictiorique fieri potest regulari foedere unitatis socientur; tantum bonum mihi obtentu facile videtur per litteras supplices, quibus re piissimo imperatori vestro exposita, intuitu augendae aemulationis disciplinae et regiminis uniformis in decem illis Canoniis benignus principis animus impelleretur ad postulandam a sede apostolico horum approbationem per Breve; quod et impetrant praesertim, si postulata suffragiis Ordinariorum, quibus illae domus subsunt fulta fuerint. Faveat imperatori proponi tres e quibus unum eligat vita vel tempore praeficiendum vicarium. Deinde quoad disciplinam regiminis interioris statuta ordinis quantum rerum praesens sinit observentur.

Scripturae manu annis defatigata deformatae indulgeat quaeso dominatio vestra. Interim maneo Amplitudini Vestrae vestrorumque Capitularium precibus quorum me commendo in omni caritatis, amoris et fraternitatis vinculo

Reverendissime Domine
servus humilis et devotissimus
Confrater J. B. L'Ecuy, abbas
Praemonstrati 4).

Henricus SCHULER, abbas Wiltinensis.

* * *

PROPST ANDREAS NORBERT FABRITIUS VON
CHOTIESCHAU. — (REGIERTE 1698-1706). -:-

Das Prämonstratenser-Chorfrauenstift Chotieschau in Böhmen, gegründet um das Jahr 1200 von dem seligen Hroznata zugleich mit Tepl, aufgehoben von Kaiser Josef II. 1782, ist jetzt von den Schwestern von der Heimsuchung Mariae in Besitz genommen. Die Annalen des Klosters, geschrieben von den Tepler Stiftsgeistlichen

4) Autographum harum litterarum exstat in tabulario abbatiali Wiltinensi.